



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Ex animo auxiliandum esse egenis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

D E E L E E M O S Y N A.

rates nō usurpet quidem, in ipsas autē probra conij-
 ciat infinita, contumeliaque afficiat, atque adeo ad-
 uersus eas irriterur: non solū liberalitate sua natū
 à paupertate dolorē non subleuat, uerum & malū
 ipsum conuitijs aggrauat: cogūtur em̄ pfriēta ad-
 modū esse fronte ob uentris esurientis necessitatem,
 ueruntamen & dolorē etiā ab huiusmodi ui, cōtume-
 liaq; cōcipiunt. Proinde quū ob inedię timorē men-
 dicare, & ob mēdicitatē impudētes esse cogātur, rur-
 sus quū ob impudētiā cōtumelia afficiant, multiformis
 quēdā angoris, mœstitię, dolorisq; uis, & q̄ ca-
 liginē multā afferat, in illarum animum irruiat, eūq;
 oportet qui illarum curā suscipit, hætenus æqua-
 nimem, patientemque esse, ut non solū non sua de-
 stomachatione illarum mœstitiā, anxietatemque
 augeat, sed & consolatione sua dolorem cū magna
 ex parte sopiat, qui aliunde enatus illarum animos
 occupauerit. Nam quēadmodum nescio quo pacto
 fit, ut quem contumelia affecerit, is non sentiat pec-
 uniarū acceptarum subsidium, ob inflictam contu-
 meliæ plagā: sic quem blande atq; humaniter appel-
 laueris, quique idē donum aliquod una cū sui con-
 solatione à te acceperit, exultat magnopere, ac lata-
 tur, tū uero donum ipsum donantis uultus, gestusq;
 cōduplicat. Quæ ipsa non ex me pronuncio, sed ex
 illius uerbis, cuius illa ipsa est admonitio q̄ p̄cessit.
 Fili em̄, inquit, in bonis ne des tristitiā uerbi. Nōne
 ros ardorē tollet: sic uerbū melius q̄ datū. Ecce em̄
 uerbū supra dona ipsa excellens bonū, utrunque au-
 tem uir gratus præstat.

Ex animo auxiliandum esse egenis,

DE ELEMOSYNA.

Augustini in Psalmum quadragesimum secundum enarratio: Si fregeris ex animo esurienti panem, quia plerunque fit à triftibus & à murmurantibus, ut careant tædio interpellantis, non ut reficiant uiscera indigentis. Hilarem autem datorem diligit deus. Si panem dederis triftis, & panem & meritum perdidisti. Ergo ex animo fac, ut ille qui intus uidet adhuc loquente te, dicat: ecce adsum. Quam celeriter accipiuntur orationes boni operantium, & hæc iustitia hominis in hac uita, ieiunium, elemosyna, oratio. Vis orationem tuam uolare ad deum? Fac illi duas alas, ieiunium & elemosynam.

Cum gaudio & hilaritate pauperibus opitulandum esse.

Chrysoftomus in caput Geneseos 15. homilia 36. Neque pecuniarum sumptus tantum spectemus, si quando opus est eas pauperibus erogare, sed potius quantum inde nobis accrescat. Ea enim de causa semini elemosynam comparauit diuina scriptura, ut cum gaudio & multa alacritate eam operemur. Nam si ij qui semina terræ concredunt, & unica, & intus reposita spergentes, ita negotiantur, & bona spe fouentur, & nunc manipulos imaginantur ac plenas areas, multo magis quibus datum est semen hoc spirituale seminare, gaudere & exultare conuenit, quod messuri in cælo hoc quod in terra ferunt, & nummos expendunt, peccatorum autem remissionem accipiunt, & fidutiæ materiam inueniunt, concilians sibi per ea quæ hic dant, perpetuam quietem, & cum sanctis conuersationem.